

34. Anima rationalis est immortalis.

35. Pythagorica Metempsychosis humanae mentis originem inepte explicat, idemque sentiendum de Stoicorum Wolffique sententia.

36. Anima rationalis per traducem propagari nequit.

37. Misterium Metaphysicum situm est in unione explicanda corporis et animae, in quo Cartesius Malebranchiumque errare ex ipso Systemate patet.

38. Nec maioris attentionis dignus est Wolffius cum Leibnitio asserens nullam actionem a corpore in animam et vice versa transire.

39. Unde systema physici influxus admittere debemus.

Physica

40. Physica duplex est: alia generalis, quae de corpore mobili agit: alia particularis, quae corporum proprietates, naturaeque phenomena explicat.

41. Corporis essentia primaria est ipsa substantia generaliter assumpta, illiusque primaria, et essentialis proprietas immediate essentiam consequens est tria dimensio in longum latum et profundum.

42. Corpus constat partibus in infinitum mathematicè non physicè divisibilibus.

